

Hebdomada Mariana

HEBDOMADA MARIANA,

Ex Orthodoxis Catholicę Romanę Ecclesiæ Patribus collecta:

In memoriam septem festorum Beatissimæ Virginis MARIÆ, per singulos hebdomadæ dies distributa.

Auctore Richardo Stanihursto Hiberno Serenissimorum Principum Sacellano.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. DC. IX.

Sereniſſimæ

ISABELLÆ

CLARÆ EVGENIÆ,

INFANTI

HISPANIARVM,

Principi & Dominæ noſtræ.



Editanti mihi, SERENISSIMA PRINCEPS, cui potiſſimũ hoc opuſculum, nõ meâ craſſiore telâ, ſed aureis ſanctorum Patrum filis contextum, atq; digniſſimis beatiſſimæ Virginis MA-

 RIÆ

RIÆ confertum laudibus, offerre deberẽ; TVA CELSITVDO vnicè occurrebat, cui, præ ceteris, idẽ iſtud munus, gemmis apprimè pretioſis diſtinctũ, meritiſſimò cõſecrarem. Cùm enim pares cum paribus concordiſſimè ſocientur; par eſſe duxi, lectiſſimos Eccleſiæ Patres ad lectiſſimam Eccleſiæ filiam; egregios Doctores, auctoritate graues, omni litteraturâ præcellentes, religionis puriſſimos, vitæ integerrimos, ad Princi-

pem,

pem, priſcâ regiæ ac imperatoriæ nobilitatis vetuſtate, publicâ dignitate, puritate fidei, ſingulari vitæ innocentiâ facilè primariã, contento quaſi curſu allegare. Hæc ego liberiùs effundo, quòd aſſentationis ſuſpicionem, in veritatis aſſeueratione, haudquaquam ſanè pertimeſcam.

Cùm olim perbeata virgo MARIA, multorum millium, ſine dubio, Angelorum choro ſtipata, ELISABETHAM Iſraëliti-

cam, cognatam ſuam, iam tum grauidã, ſalutaſſet; illa ſalutationis vox effetæ matronæ aures ita
Luc. 1. 44. ferire cœpit, vt in gaudio infans in vtero exultauerit. Vtinã Orthodoxi Patres, qui te ELISABETHAM Auſtriacam, vixdum in ætatis flexum ingreſſam, in hoc libello inuiſunt, atque communibus ſuffragijs diuiniſſimam Virginem perſalutant, puerum infantẽ in aluo tuâ, ſi non gaudio exilientem, ſaltẽ mobiliter palpitantem

tem comperirent. Deus Opt. Max. tam affluentibus gratiæ suæ stillicidijs SERENITATEM TVAM irrigare dignetur; vt quemadmodum tuam virtutibus mentem, ita sobole ventrem fecundum reddat. Idem istud non minimus beneuolorum numerus sperat, maximus profectò exoptat. Quod vt CELSITVDINI TVÆ peroptatò eueniat, impetret VIRGINIS MATER, imperet VIRGINIS FILIVS, qui habitare fa- *Psalm. 112.9.*

cit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Bruxellæ, poſtridie Kal. Ianuarij. M. DC. IX.



A D

AD CATHOLICVM LECTOREM.



VANTO fuerit in honore, Catholice Lector, heroicis primitiuæ Ecclesiæ temporibus, reliquorumq́ue sæculorum decursu, inclyta Virgo MARIA, *sanctorum Patrum monumenta non modò significant, verùm etiam declarant. Postquam enim valentissimi Ecclesiæ athletæ maximis essent laboribus perfuncti, in exagitandis prosternendisque hæreticis, qui* CHRISTI *diuinitatem impiè nefarieq; pernegarunt; ijdem ipsi Patres nihil prius ac potius habuerunt,*

quàm præstantissimam Matrem illius potentissimi Nati, cui data est omnis potestas in cælo & in terrâ, meritis honoribus decorare. Atque in hanc laudationis palæstram exercitatissimi isti pugiles adeò ardentibus animis sunt ingressi, vt maluerint, quâdam religiosâ riualitate permoti, reliquos laudatores viritim vincere, quàm à reliquis laudatoribus certatim vinci. Immò verò, postquam accuratâ diuinorum mysteriorum consideratione à terrenarum rerum colluuie animos abduxissent, atq; in cælestis domicilij cœtum, omnibus bonis circumfluentem, sese totos, quoad eius fieri potuit, meditãdo abdidissent: inibi Virginis

Matth. 28. 18.

Ma-

Matris dignitatem, ceteris cælitibus, summis gradibus, prælucentē, acerrimâ mentis acie contemplati, tantæ maiestatis moli, humili summißione, succubuerunt; suamque in excogitando tarditatem, atque in eloquendo infantiam, nec sine causis, iustis quidem illis & magnis, apertè ac ingenuè agnouerunt. Nam si oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum: nemo omnium mortalium, in corporis compagibus inclusus, vsquam potuit, vmquam poterit; vel ingenij acumine indagare, vel captu concipere, vel consignare litteris, vel explicare verbis eam gratiam, Isai. 64. 4. 1. Cor. 2. 9.

quâ

quâ Virginem parentem Virginis Filius in terris ditauit; eam gloriam, quâ Principis matrē Princeps pacis in cælis nunc beat. Quid igitur? Nónne dulciculâ aquulæ potione sitim restinguet, qui ad ipsum putissimum atque inexhaustum fontem aspirare nequit? Anne Catholici scriptores de singulis amplissimæ Virginis laudibus penitus conticescerent, quòd vniuersas, exquisitissimâ perfectione, celebrare non possent? Atque id longè quidem secùs est. Argutè Leo Magnus, Inde, inquit, oritur difficultas fandi, vnde adest ratio non tacendi. Quocirca Patres in tanti momenti munere pensoq; imbecillitatem fassi, eximiam, in facul-

Isai. 9. 6.

Lege Damascenũ Orat. 1. de dormitione Deiparæ Virginis Mariæ.

Leo ser. 9 in Natiuitat. Domini, cap. 1.

facultate (vt præ se tulerunt) exiguâ, voluntatem præstiterunt; atque celeberrimæ Virginis matris præconia, non quantum vellent, sed quantum possent, linguâ, voce, libris, litteris ad memoriam æternitatis propagarunt.

Cùm itaq; Orthodoxorum Patrum scripta, perattento animo, peruolutassem, eorumq́; in efferẽdis præclarissimæ Virginis MARIAE *laudibus industriam planè extraordinariã perspexissem; animum induxi, pro meâ etiam virili parte, cum tam religiosis fabris incudem tundere, meamq́ue erga præpotentem nostram Patronam obseruantiam, debito officio, ac potiùs pietate, tã apud viuos, quàm apud*

apud posteros testatam relinquere. Illum laborẽ, in nostrâ MARGARITA MARIANA, *ope fretus diuinâ, exantlaui; in quam, tamquam in vnum locum, ea congessi elogia, quæ à diuersis Patribus, dispersis in libris, exarata inueni. Hanc verò* MARIANAM HEBDOMADAM, *tamquam nostræ* MARGARITAE *medullam, nuper concinnaui; in quâ, illi speciatim Catholici qui in Orthodoxorum Patrum scriptis non vsqueadeò sunt volutati, vno quasi obtutu oculorum perspicient, quantis gratiæ ac gloriæ titulis ijdem ipsi Patres suam nostramque munificentissimam* DOMINAM *insignire consuerunt.*

Quod si ita se res habeat, sicuti pro certo se habet: nulla subest ratio, cur nos aduersarij superstitionis Papisticæ (nouum enim hoc vocabulum, atq; ante Lutherum natum, inauditum, noui verborum architecti comminisci voluerunt) apud imperitam plebeculam insimulent, propterea quòd gloriosissimam Virginem MARIAM, nostram vitam, nostram dulcedinem, nostram spem nominamus. Si ista, vel huiuscemodi honorum insignia teretes horum criticorum aures offendant; non est, quòd immeritò acerbitatis virus in nos effundant: contráque potiùs improbēt Ephræm Syrum, peruellant Ambrosium; accusent Athana-

Athanasium, redarguant Augustinum; impugnent Epiphanium, vellicent Hieronymum; refellant Chrysostomum, carpant Gregorium Magnum; litem Damasceno intendant, bellum Ildephonso inferant; denique explodant, buccis fluentibus, reliquos illos Catholicæ Ecclesiæ venerandos Senatores; qui disiunctissimi locis, sed coniunctissimi studijs, quà eâdem, quà pari honorificâ nomenclatione admirabiles magnificẽtissimæ Virginis MARIAE *excellentias perofficiosè illustrarunt. Nouerant illi litteratissimi & sanctissimi Patres (vtpote in quorum mentibus Spiritus sanctus doctrinæ, virtutis, veritatis suæ tabernaculum collo-*

collocauit) vitem à palmite, ſolem à lychno, fontem à riuulo, Creatorem à creaturâ, CHRISTVM *à* MARIA, *infinito maieſtatis interuallo ſecernere. Horum itaque auctoritatem, communi Catholicæ Romanæ Eccleſiæ conſenſione firmatam, pro nihilo ducere, atque vni ſcilicet mellito monacho Luthero litare, qui ferre non potuit, vt* MARIA, *eius vita & ſpes diceretur, nihil aliud eſſet, quàm cum ratione inſanire.*


Luth. in poſtil. maiore ad Euãgel. in Natiuit. Mariæ.

Sed de his in præſenti ſatis, immò pro meo præſenti inſtituto nimium: ſiquidem tuis, Catholice Lector, oculis, deprecationis, non diſputationis libellum propono; quem ita velim manu verſes, vt

mente voluas; ita mente voluas, vt iterùm atque iterùm regustes; postremò ita regustes, vt sanctorum Patrum vestigijs insistens, ad præcellentissimæ Virginis MARIAE *patrocinium, in omni vitæ tuæ statu, fremant licet contradicentium reprehensorum cateruæ, tamquam ad statariam anchoram, nullis vmquam procellis conquassatam, toto pectore adhærescas.*

COM-

COMPREHENSA IN HOC LIBELLO.



HEBDOMADA MARIANA.

MEDITATIONES PIÆ, de Beatiſſimâ V. MARIA.

FERIA SECVNDA.

In memoriam CONCEPTIONIS *Sanctiſſimæ Virginis.*



N nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Beatiſſimę Virginis Mariæ Conceptioné deuotiſſimè celebremus: vt ipſa pro nobis intercedat ad Dominum Ieſum Chriſtum.



1. O ter ſacroſancta Virgo, de te qui omnia illuſtria & glorioſa dixerit, numquã is quidẽ à veritatis ſcopo aberrauerit: attamen dignitatis magnitudinem nullâ vnquam oratione exæquabit. Aue Maria.

2. O diuinum ac vnicum ſimulachrum, ad quod opifex Deus inuentus eſt.

Aue Maria.

3. O beata radix, quæ beatam Mariam virginem produxit; de quâ Iſaias Propheta: Exurget virga de radice Ieſſe, & flos de radice aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. Aue Maria.

4. O beata Virgo, quę gloriam cæle-

cęleſtem portaſti, & ex multis floribus paradiſi mundũ odore bono repleſti. Aue Maria.

O Maria, quouis auro purior, & quauis ſenſili & immateriali naturâ. 5.

Aue Maria.

O admirandam, & omni honore digniſſimã Virginem! ô feminam ſingulariter venerandam, ſuper omnes feminas admirabilem; parentum reparatricem, poſterorum viuificatricem! Aue Maria. 6.

O verè cæleſtis planta, pretioſior cunctis, ſanctior vniuerſis. Aue Maria. 7.

O pulcherrima & ſuauiſſima filiola: ô liliũ inter ſpinas 8.

ex nobiliſſimâ & maximè re-
giâ radice ortum.

Aue Maria.

9. O nubes tota lucida, & mōs
vmbroſe, non adumbrans in-
gratum populum Iudæorum,
ſed electum Dei populum,
gentem ſanctam maternis tuis
tędis illuſtrans. Aue Maria.

10. O Virginem, ſtupendum
Eccleſiæ theſaurum, qui ade-
ptus es ingens myſterium!

Aue Maria.

11. O diuinum templum &
homo terreſtris: ô columna
mortua, & columna viuifica;
nō carnalem per lucem dedu-
cens Iſraëlem, qui fugatur; ſed
ſpiritualem, qui deducitur ad

non

non inerrantem lucem cognitionis, diuinis illuminans facibus. Aue Maria.

O prouidentiã & gratiam admirabilem, ô consilium ab æternitate præcognitum atq; institutum! Verè Spiritus sanctus in Virgine inhabitat, & virtus Altissimi obumbrabat eam ex præfinito eius consilio & præcognitione. 12.

Aue Maria.

O beatissima feminarum, in quam fluxit tam copiosa & supereminens gratia omnium gratiarum. Vnde, sicut ipsa dixisti, iam ab omni generatione beata dici meruisti. 13.

Aue Maria.

14\. O Ioachim & Annę filia ac domina, peccatoris orationem accipe, ardenter tamen amantis atque colentis, teq́ue ſolam gaudij ſpem habentis, vitę antiſtitē, in gratiā cum Filio me reducentem, firmamq́; ſalutis arrham. Aue Maria.

15\. O Maria, virgo ſancta atq; intemerata, eripe nos à quacumque neceſſitate ingruente, & à cunctis tentationibus diaboli. Aue Maria.

Conceptio tua, Dei genitrix virgo, gaudiū annuntiauit vniuerſo mundo: ex te enim ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter: qui ſoluens maledictionē, dedit benedictionem;

nem; & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam.
Vers. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. *Resp.* Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

FAmulis tuis, quæsumus Dñe, cælestis gratiæ munus impertire: vt quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium, Conceptionis eius votiua solemnitas pacis tribuat incremẽtum. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.



FERIA TERTIA.

In memoriam NATIVITATIS *Beatissimæ* VIRGINIS MARIAE.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Gloriosę Virginis Marię ortum dignissimum recolamus, quæ & genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit.

O filia Adami, & Dei mater. Beati lumbi & venter ex quibus prodijsti. Beatæ vlnæ, quæ te gestauerunt; & labia, 1.
qui-

quibus puris tuis osculis frui concessum est. Aue Maria.

2. O sanctissima Ioachim & Annæ filia, quæ principatus & potestates fefellisti, atque ignea maligni tela extinxisti; quæ in Spiritus thalamo versata es, atq; immaculata conseruata in Dei sponsam.
Aue Maria.

3. O sanctissima filia, in maternis vlnis conspicua, rebellibusque angelis formidabilis.
Aue Maria.

4. O sanctissima filia, quę materni vberis lacte aleris, ab Angelis vndique cingeris.
Aue Maria.

O Deo

O Deo chara filia, parẽtum decus, quam (vt verè abs te dictum eſt) generationes omnes beatam prædicant. 5.

Aue Maria.

O Deo digna filia, humanæ naturæ venuſtas, primigenæ matris Euæ correctio. 6.

Aue Maria.

O ſanctiſſima filia, mulierum ornamentum. 7.

Aue Maria.

O verè lignum vitæ, quod ſolum fuit dignum portare fructum ſalutis. 8.

Aue Maria.

O roſa, quæ ex ſpinis, hoc 9.

eſt,

eſt, Iudæis orta es, ac diuinâ gratiâ cuncta perfudiſti.

Aue Maria.

10. O Maria benigniſſima, omnibus generationibus excelſior; omnibus viſibilibus atq; inuiſibilibus operibus longè præſtantior declarata.

Aue Maria.

11. O felix Maria & omni laude digniſſima. O Dei genitrix glorioſa.

Aue Maria.

12. O femina Dauid regis filia, ac Dei omnium regis mater.

Aue Maria.

13. O deſiderabilis ac ter beata femi-

femina. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

Aue Maria.

O verè gloriosa Mariæ humilitas, quæ porta paradisi efficitur, scala cæli constituitur. 14.

Aue Maria.

O pura & immaculata eademq; benedicta Virgo Maria, magni Filij tui vniuersorumque Dei mater inculpata, integra & sacrosanctissima, desperantium atque reorum spes, te collaudamus. Tibi, vt gratiâ plenissimæ, benedicimus, quæ Christum genuisti Deum & hominem: omnes ti- 15.

bi procidimus, omnes te inuocamus, & auxilium tuum inuocamus.

Aue Maria.

Cum iucunditate Natiuitatem beatæ Mariæ celebremus, vt ipſa pro nobis intercedat ad Dominum Ieſum Chriſtum.

Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. *Reſp.* Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

ORATIO.

FAmulis tuis, quæſumus Dñe, cæleſtis gratiæ munus impertire: vt quibus beatę Virginis partus extitit ſalutis

tis exordium, Natiuitatis eius votiua ſolemnitas pacis tribuat incrementum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.





FERIA QVARTA.

In memoriam PRÆSENTATIONIS *Beatissimæ* VIRGINIS MARIAE.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Beata Dei genitrix Maria, virgo perpetua, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo.

O candelabrũ virgineum, quod ignem & oleum inseparabile ad illuminandum intulit. Aue Maria. 1.

O candelabrũ virgineum, 2.

quod ab altiſſimo throno accepit ter lucidum ignẽ, vnum inextinguibilem & conſubſtantialem: & ad illuſtrandam terram reſplenduit.

Aue Maria.

3. O candelabrũ virgineum, de quo per Prophetam Deus inquit: Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo. Aue Maria.

4. O terra ſine ſemine, & fructum germinans Saluatorem.

Aue Maria.

5. O vterum, qui es octauum cælum, ſeptem firmamentis celſiorem! Aue Maria.

6. O Virgo, diuinitus gratiâ donata, templũ Dei ſanctum, quod

quod ille pacis Princeps Salomon ſpiritualiter conſtruxit, & habitauit.

Aue Maria.

O virginitas, propter quam Angeli, hominum miniſterio delegati, qui genus noſtrum antè auerſabantur, iure meritóque exultant. 7.

Aue Maria.

O diuitias Marianæ virginitatis! Quaſi olla ferbuit, & quaſi nubes pluit in terras, gratia Chriſti. 8.

Aue Maria.

O puram & clariſſimã beatiſſimæ Virginis Mariæ animam! quæ in florenti corpore oſtendit dotes, quæ naturam 9.

ſuperant: quæ eius imperfe-ctione nõ erat prohibita à vir-tutis perfectione: cuius cum Deo coniunctio iuuenili ætate non fuit retardata.

Aue Maria.

10. O aſcenſum ætatis! quales ſcalas honeſtatis ſtatuit ad cæ-leſtium altitudinem, per quas Verbum, deſcenſu nouo, ad nos deſcendit: per quas quod inferiùs erat ſitum terrenum naturæ tabernaculum aſcen-dit ad cælos! Aue Maria.

11. O venter, in quo commu-nis libertatis ſyngrapha con-fecta eſt.

Aue Maria.

12. O templum, in quo Deus

natu-

naturam non demutans, ſed eum, qui eſt ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech clementer natus, inducens.

Aue Maria.

O beata Virgo, columba pura, & ſponſa cæleſtis Maria, cælum, templum, & thronus diuinitatis, quę coruſcantem in cælo & terrâ Solem habes Chriſtum: nubes lucida, quæ fulgur de cælo lucidum ad illuminandum mundum deduxiſti Chriſtum. 13.

Aue Maria.

O terra virginalis, ex quâ ſecundus, & vetere antiquior proceſſit Adam. 14.

Aue Maria.

 O Vir-

15. O Virgo & mater dulcissima ac clementissima, esto nostra conciliatrix in horâ mortis atque iudicij, nosq; à futuro inextinguibili igne & tenebris exterioribus libera; & Filij tui nos gloriâ dignare.

Aue Maria.

Sancta Maria, succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu: sentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuã sanctam Præsentationem.

Vers. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. *Resp.* Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORA-

ORATIO.

DEus, qui beatam Mariam semper virginem, Spiritus sancti habitaculum, in templo præsentari voluisti: præsta quæsumus, vt eius intercessione, in templo gloriæ tuæ præsentari mereamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.



FERIA QVINTA.

In memoriam
ANNVNTIATIONIS
Beatißimæ VIRGINIS
MARIAE.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Spiritus ſanctus in te deſcendet Maria, ne timeas, habebis in vtero Filium Dei.

O fidei pactũ! ô fidei ſecretũ! Promittit Angelus Virgini filiũ naſciturũ: Virgo gaudet, cupitq́; effici mater. Vnde magnũ & ſalutare myſteriũ; quæ ſic peperit, vt mater & virgo poſſet dici. Aue Maria. 1.

O con-

2. O coniunctio ſine ſordibus facta, vbi maritus ſermo, & vxor auricula. Hoc ſplendore cõcipitur Dei Filius, hac munditiâ generatur. Aue Maria.

3. O verè gratioſa & venerabilis, ô verè glorioſa & admirabilis ſalutatio, quanto humanæ conſuetudini inaudita, tanto Mariæ dignitati eſt congrua. Aue Maria.

4. O femina ſuper feminas benedicta, quæ virum omnino non nouit, & virum ſuo vtero circumdedit. Aue Maria.

5. O Maria verè gratia plena. Sic enim ab Angelo es ſalutata: Aue, gratia plena.
Aue Maria.

O Ma-

O Maria, non vocaberis, ait 6.
Dominus, vltrà derelicta, &
terra tua non vocabitur vltrà
desolata: vt quia virgo, ideò sis
infecunda. Sed vocaberis voluntas mea, id est, dilectus Filius meus in eâ, quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur.

Aue Maria.

O vterum! qui cælum es, 7.
septem circulis constans, & capacior illis existis.

Aue Maria.

O mater sapientissima, & 8.
sola talis Filij dignissima.

Aue Maria.

O Virgo intemerata, ô por- 9.
ta sanctuarij perenniter clausa;

ſa; ſecura aperi Domino Deo
Iſraël, qui tibi iamdudum clamat: Aperi mihi ſoror mea, amica mea. Aue Maria.

10. O ſacer & deifer venter, in quo peccati chirographum abolitum eſt; in quo Deus, citra diuinitatis iacturam, homo factus eſt. Aue Maria.

11. O Maria, verè gratia plena: quis hanc gratiam explicet? quis huic gratiæ gratias agendo ſufficiat? Aue Maria.

12. O beata Maria, quis tibi dignè valeat iura gratiarum, ac laudum præconia rependere, quæ ſingulari tuo aſſenſu mũdo ſuccurriſti perdito.

Aue Maria.

O bea-

O beatum vterum illum, 13.
qui bonitatis præſtantiâ ad ſe
traxit animi bona! In reliquis
enim omnibus vix animus
purus Spiritus ſancti præſen-
tiam capit: *hîc* autem caro fit
Spiritus receptaculum.

Aue Maria.

O mira & profunda humi- 14.
litas Mariç! Ecce Mariam An-
gelus alloquitur; Maria gratia
plena dicitur, ſuperuentio Spi-
ritus ſancti promittitur; Ma-
ria in matrem Domini aſſu-
mitur; Maria iam omnibus
creaturis anteponitur; Maria
iam Domina cæli & terræ effi-
citur; & pro his omnibus non
extollitur, ſed in his omnibus

mirâ humilitate deprimitur, dicens: Ecce ancilla Domini.

Aue Maria.

15. O mater miſericordiæ, per te fructum vitæ communicauimus in menſâ præſentium ſacramentorum: per te eumdem fructum vitę communicemus in menſâ perennium gaudiorum, Ieſum benedictum, fructum ventris tui.

Aue Maria.

Gabriel Angelus locutus eſt Mariæ, dicens: Aue gratiâ plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

Verſ. Angelus Domini nuntiauit Mariæ. *Reſp.* Et concepit de Spiritu ſancto.

ORA-

ORATIO.

DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.



FERIA SEXTA.

In memoriam VISITATIONIS *Beatissimæ* VIRGINIS MARIAE.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Beata es Maria, quæ credidiſti, perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino.

O omnipotentia naſcentis! ô magnificentia de cælo ad terram deſcendentis! adhuc in vtero portabatur, & ex vtero matris à Ioanne Baptiſtâ ſalutabatur. 1.

Aue Maria.

2. O vterum cęlo ampliorem, qui Deum in te coarctasti!

Aue Maria.

3. O vterum habentem inextinguibile lumen septies lucentis gratiæ!

Aue Maria.

4. O beata: sola inter mulieres benedicta, & non maledicta: sola à generali maledicto libera, & à dolore parturientium aliena. Aue Maria.

5. O habitaculum mirabile! ô habitare ineffabile! Quem cæli cælorum, quem omnes creatarum rerum machinę capere nequeunt, virginalis vterus beatæ Mariæ cepit.

Aue Maria.

O fides

O fides beatæ Mariæ Deo 6.
accepta! ô humilitas grata! ô obedientia, omni ſacrificio iucundior, Deo oblata!

Aue Maria.

O mira confeſſio, & mira 7.
humilitas! Confitetur beata Virgo humilitatem, quam ſolam in ſe reſpexiſſe dicit, qui cuncta reſpicit; & continuò prædicatur beatitudo eius, de quâ hodie totus teſtis eſt mũdus. Aue Maria.

O rube ardens incombuſte, 8.
& prædium patens, viridanſque Aaronis virga. Virga enim verè extitiſti, & flos Filius tuus. E radice quippe Dauid ac Salomonis germinauit

Chriſtus, Creator noſter, Deus & Dominus omnipotens, ac ſolus altiſſimus.

Aue Maria.

9. O vterum ſeptem cęlis ſublimiorem atque latiorem!

Aue Maria.

10. O felix beatæ Mariæ obedientia, ô inſignis gratia: quæ dum fidem humiliter dedit, cæli in ſe opificem corporauit.

Aue Maria.

11. O quanta Patris cæleſtis in Maria, & Mariæ in Patre cæleſti fuit exultatio, cùm ipſa dixit: Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.

Aue Maria.

12. O rem maximè omnium admi-

admirandam! Deus, cui cælum ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum eius, qui idem quod Pater ſolium habet ęternitatis, in Virginis vtero concluditur.

Aue Maria.

O vtere, in quo arma aduerſus mortem fabricata ſunt. 13.

Aue Maria.

O quàm benè, quàm rectè flos dicitur, quod ex virginali virgâ producitur, in quo ſemper ſunt quæ miremur. 14.

Aue Maria.

O mater miſericordiæ, ſaturare gloriâ Filij tui, & demitte reliquias tuas paruulis tuis. Tu es ad menſam Domi- 15.

na: nos sub mensâ catelli. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita familia hæc famelica de te præstolatur alimoniam vitæ.

Aue Maria.

Cùm audisset salutationem Mariæ Elisabeth, exclamauit voce magnâ, & dixit: Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?

Vers. Benedicta tu in mulieribus. *Resp.* Et benedictus fructus ventris tui.

ORATIO.

FAmulis tuis, quæsumus Dñe, cęlestis gratię munus impertire: vt quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exor-

exordiũ, Viſitationis eius votiua ſolemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſęcula ſęculorum. Amen.



SAB-



SABBATO.

In memoriam PVRIFICATIONIS *Beatißimæ* VIRGINIS MARIAE.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Senex puerũ portabat, puer autem ſenem regebat: quem virgo peperit, & poſt partum virgo permanſit, ipſum quem genuit adorauit.

O noua verè miracula! Cõceptus fuit ſine pudore, partus ſine dolore. Mutata eſt in Virgine noſtrâ maledictio Euæ; peperit enim filium ſine dolore. Aue Maria. 1.

O aruum,

2. O aruum, ex quo naturæ colonus ſine ſemine exortus eſt. Aue Maria.

3. O verè nouitas inaudita! Virgo peperit, & poſt partum inuiolata permanſit.
Aue Maria.

4. O felix puerperium, lętabile Angelis, optabile ſanctis, neceſſariũ perditis, congruum profligatis! Aue Maria.

5. O ſacrum & cæleſte myſterium! In natiuitate Domini concepit Virgo, antequã ſponſum haberet; parit, antequam nubat: & quod ad laudẽ pertinet nominis Domini, & mater & virgo cœpit eſſe poſt partum. Aue Maria.

O mi-

O miracula, ô prodigia! Naturæ iura mutantur in homine. Deus naſcitur; Virgo ſine viro grauidatur, viri neſciam ſermo Dei maritat. Simul facta eſt mater & virgo. 6.

Aue Maria.

O nouas remunerationes! ô diuinas permutationes! Produxit natura liberum arbitrium ſpinis obſeptum: Maria contrà producit eum, qui impleret paternam voluntatem. Peperit natura ex inobedientiâ mortem voluntariam: Maria contrà peperit eum, qui mortem ſuſtulit per obedientiam. Aue Maria. 7.

O magna myſteria! ô cæleſtia 8.

ſtia decreta! quia peperit natura non proprium, & filius natus eſt, non ex viro procreatus. Virgo facta eſt mater, & natura fons; aluus nutrix, & puella adiutrix & ſocia.

Aue Maria.

9. O beata vbera, quæ dum tenue lac puerilibus labris infundunt, Angelorum cibum & hominum paſcunt. Exiguum exprimunt liquorem, & mundi reficiunt Creatorem. Aue Maria.

10. O Dei genitrix, pulchrorũ omnium ſummum ornamentum, quæ caſum noſtræ libertatis erexiſti partu tuo, qui eſt ſupra rationem. Aue Maria.

O filia

O filia ſemper virgo, quæ virili operâ ad conceptionem minimè opus habuiſti. Sempiternum enim Patrem is habet, quē peperiſti. O terrena filia, quæ Deigenitricibus vlnis Creatorem geſtaſti. 11.

Aue Maria.

O beata Virgo, ſancta mater Saluatoris, quæ Verbum Patris ex te incarnatum peperiſti. 12.

Aue Maria.

O ſublimis puerpera, cuius viſceribus Auctor cæli terræque committitur. 13.

Aue Maria.

O Virgo ſanctiſſima, quæ exércitus Angelorum in ſtuporem deduxiſti. Stupendum 14.

enim eſt miraculum in cælis, mulier geſtans lucem in vlnis.

Aue Maria.

15. O vulnerata Domina, vulnera corda noſtra, & in cordibus noſtris tuam & Filij tui renoua paſſionem.

Aue Maria.

Cùm inducerent puerum Ieſum parentes eius, accepit eum Simeon in vlnas ſuas, & benedixit Deum, dicẽs: Nunc dimittis ſeruum tuum in pace. *Verſ.* Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. *Reſp.* Dei genitrix intercede pro nobis.

ORATIO.

DEus, qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fecun-

fecunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitę suscipere Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.



DOMINICA.

In memoriam ASSVMPTIONIS *Beatißimæ* VIRGINIS MARIAE.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Virgo prudentissima, quò progrederis, quasi aurora valdè rutilans? Filia Sion tota formosa & suauis es; pulchra vt luna, electa vt sol.

O si permitteretur nobis scire, quæ sunt illius vitæ gaudia, ad quæ beata virgo Maria introiuit; quæ illa florentis paradisi mœnia; quæ illa societas Angelorum; quantus 1.

famulatus cęlorum, & ſanctarum animarum innumerus, perpetuò exultans applaudit: quanta illi monſtrata ſunt ſecretorum arcana; quàm ineffabilia ſunt gaudia reſerata, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Aue Maria.

2. O donum, quod nullo poteſt honore, vt par eſt, affici! ô pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum!

Aue Maria.

3. O Virgo pura, ſancta mater Domini, beata ſponſa Trinitatis indiuiduæ; beata inter mulieres, quæ Deum & hominem omnium Creatorem,

rem, velut infantem in terrâ peperisti. Aue Maria.

O verè beata humilitas, 4.
quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælos innouauit, mundum purificauit, paradisum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit.

Aue Maria.

O Virgo, virga sublimis, in 5.
quàm sublime, verticem sanctum erigis? Vsque ad sedentem in throno, vsque ad Dominum maiestatis: quia in altum mittis radices humilitatis. Aue Maria.

O sanctissima Virgo ma- 6.
ter, mater Saluatoris, quæ genuisti

nuisti principio carens Verbum, Filiũ scilicet; eumdem cum Patre habentẽ thronum, consubstãtialem Patri & Spiritui sancto: qui cum Patre & Spiritu sancto est ante sæcula, qui creauit cælos, & terram condidit.

Aue Maria.

7. O verè felix inuentrix gratiæ Maria, quæ tam magna in mundo, tam magna in cælo. Nulla pura creatura tantam gratiam in mundo, nulla tantam gloriam in cælo inuenit.

Aue Maria.

8. O verè magna Mariæ gratia, quâ multi ex eis ad misericordiam colliguntur, qui à docto-

doctoribus & rectoribus tamquã incorrigibiles relinquuntur. Aue Maria.

O Virgo sancta, lucis æternæ mater; lucis, quæ in cælis illuminat copias Angelorum; lucis, quæ illuminat ipsorum Seraphim incomprehensum oculum. Aue Maria. 9.

O Virgo, incõprehensi mysterij ferens miraculum; quæ fidem ter optatã orbi prædicasti. Virgo sublimior Angelis facta es, superior ipsis Cherubim & Seraphim, placens Christo Regi; à Deo in honore habita, tamquam ancilla digna & mater. 10.

Aue Maria.

11. O filia Adam & mater Dei. O mater ſine viro, & virgo quæ filium peperiſti. O opus eius, qui ex te factus eſt temporaliter, & nõ exceſſit in ſuâ æternitate.

Aue Maria.

12. O quantis virginibus, beata Virgo, occurres; quantas complexa ad Dominum trahes, dicens: Hæc thronum Filij mei, hæc thalamos nuptiales immaculato ſeruauit pudore.

Aue Maria.

13. O miraculum, omniũ miraculorum maximè nouum! Mulier Seraphinis ſublimior effecta eſt: Deus viſus eſt paulomi-

lominùs ab Angelis minoratus. Aue Maria.

O quàm beata mater, quæ ſine contaminatione concepit, & ſine dolore peperit medicinam. Felix, inquam, mater, per quam generis noſtri vita eſt reparata, quæ de cælo ſuſcepit prolem, & mundi genuit Saluatorem. 14.

Aue Maria.

O ter ſacroſancta Virgo, aſpice nos de cælo, oculò propitio, & nunc quidem educ nos hinc cum pace: ad iudicis autem thronum à confuſione liberos nos ſiſte, ac ſtationis tandem ad dexteram participes nos effice, vt inde ad cælum 15.

cælum abrepti, vnà cum Angelis, increatam & consubstantialem Trinitatem laudemus, quæ in Patre & Filio & Spiritu sancto cognoscitur, & glorificatur nunc & semper, & in sæcula seculorum. Amē.

Aue Maria.

Quæ est ista quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?

Vers. Exaltata est sancta Dei genitrix. *Resp.* Super choros Angelorum ad cęlestia regna.

ORATIO.

FAmulorum tuorum, quæsumus Domine, delictis igno-

ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitricis filij tui Domini noſtri interceſſione ſaluemur. Per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

ATTRI-

ATTRIBVTA SELECTIORA GRATIÆ ET GLORIÆ;

QVIBVS

Orthodoxi ECCLESIAE *Patres Gloriosissimæ* V. MARIAE *dignitatem illustrant: digesta per Hebdomadæ dies.*

FERIA SECVNDA.



IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Aue Maria, gratiâ plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus

ctus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in horâ mortis nostræ. Amen.

Benedicat te, Virgo Maria, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Benedicant te Angeli, peccatores, iusti, mulieres, & omnes creaturæ: quia tu es,

Aaronis virga, de radice Iesse germinans. 1.

Abyssus gratiæ. 2.

Amata verè à Deo præ omnibus. 3.

Angelis reuerenda. 4.

Aurora consurgens. 5.

Benedictio mundo. 6.

Can-

7. Candidior niue.
8. Ciuitas ab Altissimo fundata.
9. Consiliũ curationis hominũ.
10. Correctio primigenæ matris Euæ.
11. Decus omnis creaturæ.
12. Dei genitrix electa & præelecta.
13. Deo plena.
14. Domicilium cælo præstãtius.
15. Donum maximè nouum & diuinum.
16. Donum, omnium donorum præstantissimum.
17. Donis cælestibus repleta.
18. Ebur impretiabile.
19. Ebur nitidum, oculis Christi Regis placens.
20. Electa à Deo, antequã genita.

Electa

Electa ſingulariter, & præelecta de numero omnium præelectorum. 21.

Filia Deo chara. 22.

Filia Deo digna. 23.

Flos campi. 24.

Fons immortalitatis. 25.

Generoſa ex ſtirpe Dauid. 26.

Gentibus deſiderata. 27.

Gratiâ Spiritus ſancti tota repleta. 28.

Hoſpitium ſanctitatis. 29.

Interitus corruptionis & liberatio. 30.

Inuentrix benedicta gratiæ. 31.

Lætitia generis humani. 32.

Liber nouus, à Deo conditus. 33.

Lilium conuallium. 34.

Lilium immaculatum. 35.

36. Lilium inter ſpinas, ex nobiliſſimâ & maximè regiâ radice ortum.
37. Luti noſtri gloria.
38. Margarita regni pretioſiſſima.
39. Margarita pretioſa orbis terrarum.
40. Medicamentum omniũ cordis dolorum.
41. Miraculum reuerà magnum.
42. Miraculis præfigurata myſticis.
43. Mons Ephraim.
44. Mons omnem electæ creaturæ altitudinem, electionis tuæ dignitate, tranſcendens.
45. Nebula lucida.
46. Negotium ſæculorum.

Nubes

61. Planta incorruptionis.
62. Planta pretioſior cunctis.
63. Planta ſanctior vniuerſis.
64. Planta verè cæleſtis.
65. Plãta, quę nequit labefactari.
66. Porta paradiſi.
67. Porta vitæ.
68. Poſſeſſio Dei.
69. Pręconium Prophetarum.
70. Prima omnium.
71. Primitiæ noſtræ maſſæ.
72. Principium vitæ.
73. Proles nobilis generoſitatis regiæ.
74. Puella præelecta & præparata Altiſſimi Filio.
75. Pulchritudo eximia.
76. Pulchra vt luna.
77. Pulchra tota intus & foris.

Radix

92. Sola præter naturam, ad naturam renouandam electa.
93. Speciosa, quasi aurora consurgens.
94. Speciosa, velut columba.
95. Specula omnium Prophetarum.
96. Statua sculpta à Deo.
97. Stella fulgidissima.
98. Summa diuinorum oraculorum.
99. Thalamus Spiritus.
100. Thesaurus diuinitatis.
101. Thesaurus sanctitatis.
102. Venustas humanæ naturæ.
103. Virga de stirpe Iesse & Dauid progenita.
104. Virga per iustitiam recta.
105. Virga regis electa ad salutem.

Virgo

Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix: *Reſp.* Vt digni efficiamur promiſſionibus Christi.

ORATIO.

CONCEDE miſericors Deus fragilitati noſtræ præſi-

 dium:

dium: vt qui ſanctę Dei genitricis memoriam agimus, interceſſionis eius auxilio, à noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſęculorum. Amen.

FERIA TERTIA.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Aue Maria, gratiâ plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus.

San-

Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in horâ mortis nostræ. Amen.

Benedicat te, Virgo Maria, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Benedicant te Angeli, peccatores, iusti, mulieres, & omnes creaturæ: quia tu es,

Angelis superior nata. 1.
Arbor æterno Patri facta, cui diuinitas fuit inserta. 2.
Causa & parens bonorum omnium. 3.
Creatas res omnes superans. 4.
Decus eximium humani generis. 5.
Decus mulierum. 6.

7. Decus parentum.
8. Decus virginitatis clarissimũ.
9. Dies planè rutilans.
10. Dies præclara.
11. Domina benignissima.
12. Domus gloriosa.
13. Domus incomparabilibus illustrata meritis.
14. Domus, quam Spiritus sanctus possidebat.
15. Electa à Domino in habitationem sibi.
16. Eua noua, diabolũ deijciens.
17. Excellens dignitate res omnes conditas.
18. Exultatio ægrotantium.
19. Exultatio perennis Prophetis.
20. Facies terræ, quam irrigauit Spiritus sanctus.

Femi-

Femina, Dauid regis filia. 21.

Filia Adami, & mater Dei. 22.

Filia ſanctiſſima Ioachim & Annæ. 23.

Filia verè Dei. 24.

Filiola pulcherrima, & ſuauiſſima. 25.

Forma omniũ eccleſiarũ Dei. 26.

Forma virginum. 27.

Formoſa, vt Ieruſalem. 28.

Gaudium mundi. 29.

Germen iuſtorum Ioachim & Annæ. 30.

Germen promiſſionis. 31.

Gloria Prophetarum. 32.

Habitaculum omnis virtutis. 33.

Imago diuini archetypi rectè deſcripta. 34.

Integritas virtutum. 35.

Lætitia

36. Lætitia mundi.
37. Lætitia noſtra indeficiens.
38. Lectus Salomonis.
39. Lucerna iugiter ardens.
40. Lumen lucidiſſimum, quo mundus illuſtratur.
41. Mons Dei clariſſimus.
42. Mons frugifer.
43. Mulier fortis, quę venenatum ſerpentis caput contriuiſti.
44. Nubula leuis.
45. Nubes cæleſtis.
46. Nubes pluuiæ, potum animis ſanctorum exhibentis.
47. Nubes, quæ fuiſti ſemper in luce.
48. Nubes ſacrata.
49. Officina diſpenſationis incarnationis Chriſti.

Officina

66. Regina naturæ.
67. Regina virginum.
68. Reſtauratio feminarum.
69. Sanctificatio rebus omnibus.
70. Scala Iacob.
71. Scala ſpiritualis.
72. Scaturigo omniũ bonorum.
73. Scaturigo vberrima benedictionis.
74. Signaculum Teſtamenti Domini.
75. Sion ſancta.
76. Solatium mundi.
77. Soror noſtra.
78. Specioſa inter mulieres.
79. Splendor æui illuſtriſſimus ac fulgentiſſimus.
80. Splendor Moyſis.
81. Spes deſperantium.

Spes

Virga

96. Virga regalis.
97. Virga virginalis.
98. Virgo ab omni ſorde ac labe peccati alieniſſima.
99. Virgo ab antiquis generationibus electa.
100. Virgo, clariſſimâ ſtirpe Dauid progenita.
101. Virgo electa ex multis millibus Iſraël.
102. Virgo in libro Iſaiæ Prophetæ præfigurata.
103. Virgo lucifera.
104. Virgo nata, per quam omnes renaſcimur.
105. Virgo, paradiſo glorioſior.
106. Virgo regali ſtirpe progenita.
107. Virgo ſpecioſiſſima.
108. Virgo virtute & Spiritu impleta.

Vir-

Vnigenita & primogenita, à 109.
tuo Filio ex ſterili matre
producta.

Vitis vuas pulchras producẽs. 110.

Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. *Reſp.* Vt digni efficiamur promiſſionibus Christi.

ORATIO.

FAmulorum tuorũ, quæſumus Dñe, delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris nõ valemus, genitricis Filij tui Domini noſtri interceſſione ſaluemur. Per eumdẽ Dominũ noſtrũ Ieſum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

G FE-

FERIA QVARTA.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Aue Maria, gratiâ plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Ieſus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in horâ mortis noſtrę. Amē.

Benedicat te, Virgo Maria, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus. Benedicant te Angeli, peccatores, iuſti, mulieres, & omnes creaturæ: quia tu es,

1. Acies caſtrorum ordinata.
2. Amicta à Deo varietate.

Can-

Candelabrũ aureũ, ſeptẽ Spiritus muneribus exornatũ. 3.
Candelabrum, cuius lucerna fines illuminat. 4.
Candelabrum virgineum. 5.
Columba impolluta. 6.
Columna viuifica. 7.
Decus Eccleſiæ noſtræ. 8.
Decus ſingulare & incorruptibile virgineum. 9.
Dilectiſſima Chriſto. 10.
Domina omniũ terrigenarũ. 11.
Domina regum. 12.
Finis damnationis. 13.
Finis teſtamentorum, quę nobis fecit Deus. 14.
Gloria piorum. 15.
Habitaculum puriſſimum. 16.
Honorificentia populi noſtri. 17.

18. Lampas inextinguibilis.
19. Lucerna luminoſa.
20. Manna ſubtile, ſplendidum & ſuaue.
21. Mater viuentiũ per gratiam.
22. Menſa virginea, optimis quibuſcumq; cibis abundans.
23. Menſa virginea, virtutibus locuples.
24. Miraculum vniuerſi orbis terræ præſtantiſſimum.
25. Monile paradiſi inexplicabile.
26. Myrrha maris.
27. Nubes leuis.
28. Obſequium deuotionis.
29. Pax mundi.
30. Perfecta diuinâ gratiâ.
31. Pinguedo omnis ſacrificij.
32. Plantata in domo Domini.
Pratum

48. Tabernaculum longè maximum gratiarum Dei.

49. Templum à Spiritu ſancto adornatum.

50. Templum Dei ſanctum.

51. Templum Deo verè dignum.

52. Templum deitatis magnum.

53. Templum diuinæ gloriæ ornatiſſimum.

54. Templum maius cælo.

55. Templum perpetuæ virginitatis.

56. Templum pudoris.

57. Templum, quod non poteſt diſſolui.

58. Templum, quod ſibi Spiritus ſanctus conſecrauit.

59. Templum Spiritus ſancti.

60. Theſaurus amoris Dei Patris.

The-

75. Virgo cęlęſtibus educata educationibus.
76. Virgo corpore decora.
77. Virgo dulciſſima & gratiſſima.
78. Virgo è virginibus electa.
79. Virgo placens Chriſto Regi.
80. Virgo præcellentiſſima inter primas.
81. Virgo pudiciſſima & pulcherrima.
82. Virgo ſimplex & veneranda.
83. Vitis valdè florens.
84. Vitis vuarum ferax.
85. Volumen noui Teſtamenti.
86. Vrna inclyta & glorioſa.

Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. *Reſp.* Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

ORA-

ORATIO.

COncede nos famulos tuos, quęſumus Dñe Deus, perpetuâ mentis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſâ beatę Mariæ ſemper Virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitiâ, & æternâ perfrui lætitiâ. Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſęcula ſęculorũ. Amen.

FERIA QVINTA.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Aue Maria, gratiâ plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in horâ mortis nostræ. Amen.

Benedicat te, Virgo Maria, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Benedicant te Angeli, peccatores, iusti, mulieres, & omnes creaturæ: quia tu es,

1. Administra vniuersæ salutis.
2. Ager minimè cultus.
3. Ancilla casta, & virgo & mater.
4. Ancilla Domini.

Ancilla

Ancilla Dei & mater. 5.

Ancilla & mater omniũ conditoris. 6.

Benedicta ab Angelo in terris. 7.

Benedicta in mulieribus. 8.

Caſta, & amatrix caſtorum. 9.

Caſta poſt Deũ ſuper omnes. 10.

Ciſterna Bethlehemitica. 11.

Ciuitas, in quâ Altiſſimus factus eſt homo. 12.

Columba pura. 13.

Conceptu ſanctificata. 14.

Coniunx Ioſeph, ab eo non cognita. 15.

Crater ſapientiæ Deum ſuſcipiens. 16.

Creatura ſuum creans factorem. 17.

Cubiculũ purũ ortus Chriſti. 18.

De-

19. Decus & ornamentum illibatæ virginitatis.
20. Digna, ex quâ Dei Filius naſceretur.
21. Domina Ioſeph.
22. Domus, ad quam nullus habitator acceſſit.
23. Domus, ad quam ſolus fabricator eius venit.
24. Electa ad generandum vnigenitum Dei Filium.
25. Electa à Domino in habitationem ſibi.
26. Eſca hami ſpiritualis.
27. Exemplum perfectionis virginibus.
28. Faſtigium omniū virginum.
29. Femina deſiderabilis, ac ter beata.

Femi-

Gratia

42. Gratiâ plena.
43. Imago virginitatis.
44. Liber obſignatus.
45. Liber verè viuus Verbi paterni, in te viuifico calamo Spiritus, inſcripti.
46. Lignum vitæ, ſolum dignum portare fructum ſalutis.
47. Manſuetiſſima per lenitatem.
48. Mater à Deo ſibi præparata.
49. Mater Domini mei.
50. Mater noua, nouam accipiens benedictionem.
51. Mater noua, primę matris diſſolutionem diſſoluens.
52. Mater, virginitate manente.
53. Medium terræ, in quo Chriſtus operatus eſt ſalutem.
54. Miniſtra temporalis Verbi incarnandi.

Mi-

Petra

65. Petra deſerti proferés Agnum Dei.

66. Planta feraciſſima virginum.

67. Plena gratiarũ, roriſq́; cæleſtis.

68. Pons, per quem Deus ad hominem deſcendit.

69. Porta clauſa, per quam Chriſtus intrauit in hunc mundum.

70. Porta Dei, perpetuâ virginitate prædita.

71. Porta operiens in ſe, vel ex ſe proferens Sancta ſanctorũ.

72. Porta orientalis ſemper clauſa & lucida.

73. Primiceria virginitatis.

74. Primitiæ cõmunionis & coniunctionis Dei cum ſuo figmento.

Prin-

89. Sponſa cæleſtis, decorata ſplendore Spiritus.
90. Sponſa ſpecioſa, quam Pater deſpondit.
91. Stella, de quâ ortus eſt Chriſtus.
92. Tabernaculum Altiſſimi, ab eodem fabricatum.
93. Tabula, ſcriptam legem mortalibus adferens.
94. Terra ſine ſemine, & fructum germinans Saluatorem.
95. Terra verè deſiderabilis.
96. Terra virginea, ex quâ nouus Adam formatur.
97. Thalamus, in quo ſibi Chriſtus humanitatem ſponſam adiunxit.

The-

109. Virginitatis æternitas.
110. Virgo deuota.
111. Virgo humilis & ſimplex.
112. Virgo immaculata & impolluta.
113. Virgo incomparabilis, incontaminata, & incorrupta.
114. Virgo integerrima, intemerata, & inuiolata.
115. Virgo perpetua, & præclariſſima.
116. Virgo prægnans, & prudentiſſima.
117. Virgo pura atque benedicta.
118. Virgo ſanctiſſima.
119. Virgo ſalutifera, atque ſinceriſſima.
120. Virgo ſingularis, ſobria, & venerabilis.

Vir-

132. Virgo electa generando Deo.
133. Virgo & amatrix virginum.
134. Virgo fecunda ſine viro.
135. Virgo fortis in propoſito.
136. Virgo gemino mẽtis pariter & corporis decore pręfulgida.
137. Virgo grauida & incorrupta.
138. Virgo gratiâ repleta.
139. Virgo immaculata coitu.
140. Virgo incarnatione Chriſti grauidata.
141. Virgo nullis oneribus grauata coniugij.
142. Virgo nullis terrenis inquinata affectibus.
143. Virgo omnibus excellens.
144. Virgo prudens in interrogatione.
145. Virgo ſacris ſacratior.

Vir-

156. Virgo atteſtante Angelo, & iudice ſponſo.

157. Virgo cui, diſtillantibus cælis, tota ſe infudit plenitudo diuinitatis.

158. Virgo mente & animo virginitatem perpetuò colens.

159. Virgo, quam Pater dilexit, Filius inhabitauit, Spiritus ſanctus percupiuit & fecundauit.

160. Virgo ſecunda, miſeriam omnē feminei ſexus repellens.

161. Virgo, ſine humanâ concupiſcentiâ, ſine humano concubitu concipiens.

162. Virgo viri neſcia, quam ſermo Dei maritat.

163. Vitis intacta.

Vi-

Vitis, veritatis fertiliſſima. 164.

Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. *Reſp.* Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

ORATIO.

GRatiam tuam, quæſumus Dñe, mentibus noſtris infunde: vt qui Angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus; per paſſionem eius & crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

FERIA SEXTA.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Aue Maria, gratiâ plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in horâ mortis nostræ. Amen.

Benedicat te, Virgo Maria, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Benedicant te Angeli, peccatores, iusti, mulieres, & omnes creaturæ: quia tu es,

1. Adolescentula immaculata.
2. Administratrix Dei.
3. Altare animatum panis vitæ.
4. Amica pietatis.
5. Arca cœlesti auro ornata.

Arca

Arca Chriſti, ratione prædita. 6.
Arca Dei noua, in quâ Dei ſpiritus conquieſcit. 7.
Arca intelligens ipſius hypoſtaſis Verbi Dei. 8.
Arca, in quâ noſter Noë Chriſtus humanitatem ſeruauit. 9.
Arca intus foriſque virginitatis fulgore fulgens. 10.
Arca, quæ Euangelium retinebas. 11.
Arca, quæ ipſius Teſtamenti geſtabas heredem. 12.
Arca ſacra & animata Dei viuentis. 13.
Arca ſanctificationis Domini, portans mannam cęleſtem. 14.
Arca Teſtamenti, auro puriſſimo tecta. 15.

Arca

16. Arca vitę incorruptibilis, vniuersum Trinitatis complementum habens.
17. Auctrix meriti.
18. Aula cæleſtis.
19. Aula cæleſtiũ ſacramẽtorum.
20. Aula regalis, non viro ſubdita, ſed ſoli Deo.
21. Aula virginalis.
22. Cathedra Chriſti ad docendum.
23. Cælum ſplendidum continẽs Deum, incomprehenſum in cælis.
24. Cæli terræq́ue pariter domicilium.
25. Cauſa facta ſalutis tibi & vniuerſo generi humano.
26. Charta puriſſima, in quâ Verbum

bum, ſine ſcriptis impreſſum, ſcidit fraudis chirographum.

Circumſcriptio eius, qui circumſcribi non poteſt. 27.

Ciuitas Dei, de quâ glorioſa ſunt dicta. 28.

Clibanus intellectualis ignem & vitæ panem habens. 29.

Complexio eius, qui cetera complectitur. 30.

Corruptionis expers. 31.

Cuſtos amandi Verbi, ſemper manens æterna. 32. 33.

Declaratio myſteriorum Dñi.

Deifera, omni laude digniſſima. 34.

Diuerſorium Chriſti peregrinantis. 35.

Do-

36. Domicilium Dei.
37. Domus Dei magna, quam Sapientia ſibi ædificauit.
38. Expultrix tenebrarum.
39. Famula, Dominum generans.
40. Femina circumdans virum.
41. Femina ſingulariter venerãda.
42. Femina ſuper omnes feminas admirabilis.
43. Femina virum neſciens, & filium portans.
44. Feſtinans benè in actione.
45. Firmamentũ Eccleſiæ noſtræ.
46. Firmamentum eorum, quæ deorſum inclinantur.
47. Fons benedictionis & gratiæ.
48. Fons iuſtitiæ & lucis, omnem hominem illuminantis.
49. Fons inexhauſtus remiſſionis.

Fons

Leua-

62. Leuamen vnicũ molestiarum.
63. Libertas iucunda.
64. Magisterium valdè eximium pietatis.
65. Mansio diuinitatis.
66. Mater alma Christi.
67. Mater benedicta Domini.
68. Mater casta, sola Creatore digna.
69. Mater charissima & dilectissima Christi.
70. Mater diuina & dulcissima.
71. Mater humillima, inculpata, & integra.
72. Mater ineffabilis.
73. Mater regia, de vniuersâ naturâ benè merita.
74. Mater Auctoris tui.
75. Mater Capitis nostri.

90. Mater pulchritudinis ſanctæque ſpei.
91. Mater Regis æterni.
92. Mater ſine corruptione virginitatis.
93. Mater Sponſi virginum.
94. Mater vitæ, quâ viuunt vniuerſi.
95. Mater, Verbo Domini feta.
96. Mater virgo, & virgo mater.
97. Mare ſpirituale, habens gemmam cæleſtem Chriſtum.
98. Menſa, in quâ vitæ noſtræ panis eſt propoſitus.
99. Nauis inſtitoris de longè portans panem.
100. Nauis mercibus referta, nulloque egens gubernatore.
101. Nubes bona, quæ fontem intra

tra te genuiſti, quo rigaſti orbem terrarum.

Nubes fulgur interius in vtero geſtans. 102.

Nubes illa leuis, quæ ſuper Cherubim ſedentem corpore tuo geſtaſti. 103.

Nubes, nullo ſemine humano prægrauata. 104.

Nubes leuis, quæ coniugij opera neſciuiſti. 105.

Nubes leuis, quę leuaſti hunc mundum de graui fœnore peccatorum. 106.

Nubes leuis, quę remiſſionem peccatorum vtero geſtabas. 107.

Officina vnitarum inter ſe naturarum. 108.

109. Palatium animatum Regis Angelorum.
110. Paradiſus animatus noui Adam.
111. Paradiſus Dei continens in te lignũ vitæ Ieſum Chriſtũ.
112. Paradiſus Dei nõ ſolùm mente, ſed etiam ventre.
113. Parens magnificentiæ luciſq́;.
114. Peccatorum ſcala.
115. Pelagus gaudij inexhauſtum.
116. Penarium vitæ.
117. Pons ad vitam.
118. Puteus aquarum viuentium.
119. Receptaculum diuinitatis.
120. Requies electa à Domino, in quâ habitat.
121. Sacrarium Spiritus ſancti.
122. Secretum verecundiæ.

Sedes

136. Tela admirandæ œconomiæ, ex quâ & in quâ admirabilis vnionis tunica confecta eſt.

137. Templum, ad quod Dominus in nebulâ deſcendit.

138. Templum Domini animatũ.

139. Templũ Dominici corporis.

140. Templum habens cæleſtem lapidem Chriſtum.

141. Templum impollutum habitantis in te Verbi Dei.

142. Templum indiſſolubile, continens eum, qui nuſquam contineri poteſt.

143. Templum ſanctum & admirabile altiſſimi Dei.

144. Terra inenarrabilis cæleſtis panis.

Tha-

158. Velum animatũ Verbi, quod in te velauit diuinitatem.
159. Virgo, incomprehensi mysterij ferens miraculum.
160. Virgo in ministerio sibi credito cauta.
161. Virgo iusta in confessione.
162. Virgo lampade gestans lucem inextinguibilem, Sole splendidiorem.
163. Virgo officij memor, iniuriæ immemor.
164. Viuificatrix posterorum.
165. Volumen nouum, in quo ineffabiliter Deus Verbum, sine manu, scriptum fuit.
166. Vrna aurea, continens manna cæleste.

Vers. Ora pro nobis sancta Dei geni-

genitrix. *Resp.* Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

DEus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ Virginis, in quâ habitares, eligere dignatus es: da quæsumus: vt suâ nos defensione munitos, iucundos facias suæ interesse commemorationi. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SABBATO.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Aue Maria, gratiâ plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in horâ mortis nostræ. Amen.

Benedicat te, Virgo Maria, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Benedicant te Angeli, peccatores, iusti, mulieres, & omnes creaturæ: quia tu es,

1. Ager fructum edens, & fructus cultore carens.
2. Aula, quam tuus & omnium Creator corporaliter inhabitauit.

Clau-

Clauſa ante partum, in partu, & poſt partum. 3.

Cælum, ex quo Sol iuſtitiæ ortus eſt. 4.

Concha, quæ Chriſtum, ingentis pretij vnionem, peperiſti. 5.

Declaratio occultorũ & profundorum diuinæ incomprehenſibilitatis. 6.

Dei genitrix, Deiq́ue parens verè & propriè. 7.

Dei genitrix excellentiſſima ſuper omnem terram. 8.

Deipara ſola, ſuper omnem creaturam verè honorata. 9.

Dux vniuerſorum. 10.

Ebur ſolidum, quod nec partus violauit. 11.

Fer-

12. Fermentum ſanctum, ac Deo gratum.

13. Fermentum, ex quo totius generis humani maſſa fermentatur.

14. Fidei menſa intellectualis, quę panem vitæ mundo ſuppeditaſti.

15. Fodina, vnde prodit lapis à nullo inciſus, totam terram tegens.

16. Fons clauſus quacumque ex parte.

17. Fons ſignatus, ex quo manant fluenta puriſſima, & irrigant orbem terræ.

18. Genitrix Dei beatiſſima & ſanctiſſima.

19. Genitrix, quæ ſæculorum generaſti

nerâsti Auctorem.

Genitrix sponsi vniuersæ sanctæ Ecclesiæ. 20.

Genitrix suum gignens genitorem. 21.

Genitrix vitæ, quæ mortem deleuit. 22.

Gloriosa & intemerata Dei genitrix. 23.

Hortus conclusus deliciarum. 24.

Hortus fertilis & incultus. 25.

Iuuenca, numquam iugum experta, quæ vitulum genuisti. 26.

Iuuencula feruens, ex cuius flore progressus est Christus. 27.

Leæna, cui non contingit secundus partus. 28.

Liber

29. Liber incomprehenſus, qui Verbum, filium Patris, mundo legendũ præbuiſti.

30. Martyr in animâ.

31. Mater beata, ſine contaminatione concipiens, & ſine dolore pariens.

32. Mater, cuius caro & ſanguis origo fuit benigniſſimi Saluatoris.

33. Mater Dei, quâ nulla nobilior de propagine carnis refulſit.

34. Mater facta, ſed incorrupta.

35. Mater Ieſu.

36. Mater incorrupta, intacta, intemerata, de cuius viſceribus natus eſt Chriſtus.

37. Mater nec concipiendo libidinem,

bo placuit inhabitare.
49. Mons, vnde lapis abſciſſus eſt ſine manibus.
50. Mulier fortis.
51. Mulier geſtās lucem in vlnis.
52. Mulier, quæ caput noſtrum integra integrum peperiſti.
53. Nutrix altoris.
54. Nutrix eius, qui mundum nutrit.
55. Ouis immaculata, quæ peperiſti agnum Chriſtum.
56. Porta à Deo peragrata, nec tamen aperta.
57. Porta bona, per quam tranſiuit Chriſtus, ſed non aperuit.
58. Porta, in quâ ſedit Chriſtus corporaliter & exiuit.

Por-

69. Sidus, in quo Sol latuit.

70. Templum, vbi Deus habitauit.

71. Terra ſancta & deſiderabilis, de quâ Veritas orta eſt.

72. Terra virginalis, ex quâ ſecundus proceſſit Adam.

73. Thalamus ſanctimoniæ, quē Spiritus ſanctus honorabat.

74. Theca noui vnguenti, quod minimè exinanitur.

75. Vas illud, quod Chriſtum, cæleſtem panem, fuerat complexum.

76. Veſtis abſque maculâ, eius, qui induit lumen, ſicut veſtimentum.

77. Virga Aaron, quæ fronduiſti, & nucem peperiſti.

Vir-

hominum cibum nutriens.
86. Virgo lucem pariens, & non corrupta.
87. Virgo perennis cum coniuge ſimul & prole.
88. Virgo poſt partum inuiolata permanens.
89. Virgo, quæ ipſum viciſti deliciarum paradiſum.
90. Virgo, quæ ſalutem ſæculis reddidiſti.
91. Virgo ſancta, quæ non hominem nudum, ſed verum Deum genuiſti.
92. Virgo, ſola à dolore parturientium aliena.

Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. *Reſp.* Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

ORA-

ORATIO.

BEatæ & gloriosæ, semperque Virginis Mariæ, quæsumus Domine, intercessio gloriosa nos protegat: & ad vitam perducat æternam. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

DOMINICA.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.
Aue Maria, gratiâ plena,

Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in horâ mortis nostræ. Amen.

Benedicat te, Virgo Maria, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Benedicant te Angeli, peccatores, iusti, mulieres, & omnes creaturæ: quia tu es,

1. Abigail, Dominum peccatoribus reconcilians.
2. Ablatio lacrymarum.
3. Adiutrix nostræ salutis.
4. Adiutrix vnica auxilio destitutorum.

Adora-

16. Auxilium oppreſſorum.
17. Auxiliatrix noſtra in omnibus apud tuum Filium.
18. Beatiſſima ſemper Virgo.
19. Benedicta à Chriſto in cælis.
20. Benefactrix noſtra.
21. Canticum Cherubim atque Seraphim.
22. Caput Virginum.
23. Cathedra, non inferior cathedrâ Cherubicâ.
24. Cælum alterum, quod fuit in terrâ.
25. Cælum animatũ diuinitatis.
26. Cælum ſplendidum, in quo Sol gloriæ ſplendet.
27. Cælũ viuum, cęlis ipſis latius.
28. Cauſa rerum, ad quam omnes reſpiciunt.

Charta

41. Diadema regni non manufa-
ctum.
42. Diuersorium peccatorum.
43. Domestica Dei.
44. Domina candidior Solis ra-
dijs atque fulgoribus.
45. Domina cæli & terræ effecta.
46. Domina deificata.
47. Domina dominarum purissi-
ma atque castissima.
48. Domina & regina Angelorũ.
49. Domina incõparabiliter glo-
riosior omnibus supernis
exercitibus.
50. Domina nostra benignissima.
51. Dominatrix omnium creatu-
rarum.
52. Donatrix bonorum & opum.
53. Eden spiritualis.

Exal-

Iu-

70. Iudith continens, quæ Holofernis caput amputaſti.
71. Lætitia Sanctorum.
72. Libertas agitatorum deſideratiſſima à fluctibus procelliſque.
73. Liberatio captiuorum.
74. Lucerna clariſſima.
75. Lumen lucidiſſimum, quo mundus illuſtratur.
76. Lumen probatiſſimorum, Abraham, Iſaac, & Iacob.
77. Lux ſplendidiſſima.
78. Maior cælo; fortior terrâ; orbe latior.
79. Mater beatiſſima.
80. Mater credentium.
81. Mater electorum.
82. Mater gaudij ſempiterni.

Mater miſericordiæ. 83.

Mater viuentium. 84.

Mater vnitatis. 85.

Mediatrix à Deo, benigniſſimâ miſeratione, nobis prouiſa. 86.

Mediatrix cæli & terræ. 87.

Mediatrix inter Deum & hominem intercedens. 88.

Mediatrix ſalutis. 89.

Medicina ægrotantibus. 90.

Miſericordię ſinum omnibus aperiens. 91.

Mons ſublimis, meritorum verticem ſupra omnes Angelorum choros vſque ad ſolium deitatis erigens. 92.

Mulier amicta ſole, ſicut veſtimento. 93.

Mu-

94. Mulier duodecim ſtellis coronata.

95. Mulier lunam ſub pedibus habens.

96. Mulier illæſa manens, amicta ſole.

97. Mulier inter Chriſtum & Eccleſiam conſtituta.

98. Mulier ſole iuſtitiæ cooperta.

99. Munus pretioſum, quod terra noſtra direxit in cælum.

100. Murus firmiſſimus multitudinis Chriſtianorum.

101. Oblectatio ſempiterna Patriarchis.

102. Oblectamentũ terrigenarum omnium.

103. Opitulatrix periclitantium.

104. Oratio pulchra omnium hym-

Por-

117. Portus tutiſſimus in hac vitâ nauigantium.
118. Præconium Apoſtolorum.
119. Prælata omnibus.
120. Præmium præmiorum.
121. Præſidium firmum omnium Chriſtianorum.
122. Princeps omnium prudentiſſima ac ſagaciſſima.
123. Profugium in Ieroſolymis.
124. Propitiatorium laborantium.
125. Propitiatoriũ vniuerſi mundi.
126. Protectrix, in præſenti vitæ curſu, feruens.
127. Protectio omnium noſtra inſignis & gloria.
128. Pulchritudo Martyrum.
129. Pulchrorum omnium ſummum ornamentum.

Ratio

141. Reſeramentum portarum cæleſtis paradiſi.
142. Salus firma vniuerſorũ Chriſtianorum, ad te ſincerè & verè recurrentium.
143. Scala ad cælos.
144. Sceptrum cunctis imperans.
145. Sedes Dei in ſæculum ſæculi.
146. Sedibus prælata æthereis.
147. Sola vniuerſam hæreticã prauitatem conterens.
148. Solamen dulce, atque præſidium conuerſorum.
149. Solatium blandum mœrentibus.
150. Solatiũ in terrâ nobis vnicum.
151. Solatium ſolitariorum.
152. Solium Chriſti, triumphantis in cælo.

Solium

164. Susceptio orphanorum.
165. Sustentaculum totius cõtemplationis & ascensus.
166. Tabernaculũ gloriæ Domini.
167. Testis prima resurrectionis Dominicæ.
168. Thalamo Christi sociata.
169. Thronus Cherubinis superior.
170. Thronus Cherubicus cruciformis & cælestis.
171. Thronus gloriosus.
172. Via misericordiæ.
173. Virgo ascendens de deserto, delicijs affluens.
174. Virgo aduocata virginis Euæ.
175. Virgo beata & immaculata.
176. Virgo candidior inter Martyres.

Vir-

Virgo clarissima inter virgines. 177.

Virgo, cuius memoriam terra veneratur. 178.

Virgo, cuius præsentiam cælum amplectitur. 179.

Virgo Dei genitrix gloriosa. 180.

Virgo deitate impleta. 181.

Virgo, ex quâ omnibus vera vita emanauit. 182.

Virgo omni honore dignissima. 183.

Virgo præstantior cælestibus potentijs. 184.

Virgo sine fine permanens. 185.

Virgula fumi ex aromatibus myrrhæ ac thuris. 186.

Vers. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. *Resp.* Vt di-

gni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

OMnipotens sempiterne Deus, qui gloriosę Virginis matris Mariæ corpus & animam, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperãte præparasti: da, vt cuius commemoratione lætamur, eius piâ intercessione ab instantibus malis & à morte perpetuâ liberemur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

SALV-

SALVTATIONES AD BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ MEMBRA:

in Hebdomadæ dies digestæ.

FERIA SECVNDA.



SAlvete casta beatæ 1.
Virginis Mariæ mẽbra, per quæ Deus noster venit ad terras, vt ostenderet, Deum esse castitatis auctorem. Aue Maria.

Salue caput, in quo est co- 2.

rona ſtellarum duodecim. Dignũ planè ſtellis coronari caput, quod & ipſis longè clariùs micãs ornat eas potiùs, quàm ornetur ab eis. Aue Maria.

3. Saluete oculi ſemper ad Dominum, perenne atque inaccesſum lumen intuentes.

Aue Maria.

4. Saluete beatę Virginis Mariæ aures, quæ diuinum ſermonem audiunt, ac Spiritus citharâ oblectantur, per quas Verbum, carnem aſſumpturum, ingreſſum eſt.

Aue Maria.

5. Saluete nares vnguentorum, quæ ſponſi odore deliniuntur.

Aue Maria.

Saluete

Saluete labia, Deum lau- 6.
dantia, ipsiusque labris inhærentia: quæ supra mel extiterunt dulcia. Aue Maria.

ORATIO.

SVbueni, Domina Virgo 7.
Maria, clamantibus ad te. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Tu benedicta & superbenedicta reuertere primò per naturam. Numquid quia ita deificata, ideò nostræ humanitatis oblita es? Nequaquam Domina. Scis, in quo discrimine nos reliqueris, vbi iaceant, quanta delinquant serui tui. Reuertere secundò

per potentiam : fecit in te magna, qui potens eſt. Reuertere tertiò per amorem. Scio, Domina, quia benigniſſima es, & amas nos amore inuincibili; quos in te, & per te, Filius tuus & Deus tuus ſummâ dilectione dilexit. Quis ſcit, quoties refrigeras irã Iudicis, cùm iuſtitiæ virtus à præſentiâ deitatis egreditur. Reuertere quartò per ſingularitatem. In manibus tuis ſunt theſauri miſerationum Domini, & ſola electa es, cui gratia tanta conceditur. Reuertere ergo Sunamitis, & intueamur te. Summa gloria eſt, poſt Deum te videre, adhærere tibi, & in tuę pro-

protectionis munimine demorari. Audi nos. Nam & Filius nihil negans honorat te. Qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

FERIA TERTIA.

SAlue lingua ſanctiſſimæ Virginis Marię, è quâ, tamquam è fonte, manauit lętitia. 1.

Aue Maria.

Saluete fauces, Dei verba diſcernentes, ac diuinâ ſuauitate ad ſatietatem vſq; fruentes. Aue Maria. 2.

Salue venerabile pectus ſacratiſſimæ Virginis Mariæ, ad quod Spiritus ſanctus ad ver- 3.

verbum Gabrielis eſt elapſus.
Aue Maria.

4. Salue fons ſacri pectoris, qui defecatum edulium ori mundiſſimo Domini noſtri Ieſu Chriſti infundebat.
Aue Maria.

5. Salue ſinus, in quo thronum ſuum poſuit Rex gloriæ.
Aue Maria.

6. Saluete Deigenitrices vlnę, quæ Creatorem geſtabant.
Aue Maria.

ORATIO.

7. IMmaculata & intemerata, incorrupta & prorſus pudica, atque ab omni ſorde ac labe peccati alieniſſima, Virgo Dei

Dei ſponſa, ac Domina noſtra, quæ Deum & hominem mundo, mirificâ ac gloriosâ conceptione, peperiſti; Deumque Verbum hominibus, miro modo, conciliaſti, & rebellem humani generis naturam cæleſtibus conſociaſti: vnica ſpes deſperantium, oppreſſorum auxilium, & ad te recurrentium pręſentaneum ſubleuamen, omnium deniq; Chriſtianorum firmũ præſidium: me, maximum peccatorem, enormibuſq; meis cogitationibus, verbis ac factis effectum viliſſimum, atque adeò fallaces voluptatũ illecebras, animo planè ſeruili atq; abie-

cto

cto amplexatum, ne auerſeris obſecro: quin potiùs, ſicut mitiſſimi ac clemẽtiſſimi Dei mater es, ita me peccatorem benigniſſimè ſuſcipe, & meã ſordidiſſimam, impuriſq́; labijs meis expreſſam orationẽ clementer admitte: nec non dulcem quidem Filium tuum, meum autem Dominum ac Deum, maternis pietatis tuæ viſceribus amanter libenterq́ue exora; vt ipſe mihi quoque illa inexhauſtæ miſericordiæ ſuę viſcera reſerare dignetur; & poſtpoſitis innumerabilibus peccatis meis ad ſalutarem me pœnitentiam conuertat, ſuaq́; me rectiùs com-

plere

plere mandata faciat. Quem decet omnis gloria, honor, potentia, & adoratio, cum æterno eius Patre, & sancto ac viuifico Spiritu, nunc & semper, & in æterna sæcula sæculorum. Amen.

FERIA QVARTA.

SAluete manus Virginis Matris, quæ portauerunt Rectorem totius orbis. 1.

Aue Maria.

Salue mamma, Christo infanti à Mariâ Virgine data, cuius virginalis flos intactus permanserat. Aue Maria. 2.

Saluete mamillæ, è quibus 3.
lac

lac ſuxit Deus: mamillæ, quæ Deum educauerunt puerum factum.

Aue Maria.

4. Saluete vbera pura, quæ Chriſtus paruulus ſugens alimoniâ vtebatur: vbera, quæ ſuxit is, qui alit vniuerſa: lactis vbera, quæ Deum puerum Ieſum aluerunt.

Aue Maria.

5. Salue cor purum, ac labis expers, Deum, ſpurcitie omni carentem, cernens, ipſiusque cupiditate flagrans.

Aue Maria.

6. Salue venter, in quo habitauit is, qui nullo loco capi poteſt. Aue Maria.

ORA-

ORATIO.

DA eis, ô Domina, Dei 7.
mater, qui tuam celebrāt
commemorationem, tuum
auxilium, protectionem &
defensionem; eos omni ex parte liberans, tuis intercessionibus, ab omni necessitate &
periculis, morbisque grauibus
& omne genus calamitatibus,
& à futuris iustis minis Filij
tui. Eos autem colloca, vt mater Domini, in loco deliciarum, vbi est lux & pax, & rerum expetendarum summum
donum: & fiant muta labia
dolosa, quæ contra te Iustam,
loquuntur iniquitatem in superbiâ

perbiâ & contemptione; & exterminetur, in ciuitate tuâ, imago eorum. Erubeſcant & deficiant, & pereant & cognoſcant, quòd nomen eſt tibi, DOMINA. Tu ſola Dei genitrix excellentiſſima ſuper omnem terram. Nos autem, ô Dei ſponſa, fide benedicimus, deſiderio honoramus, & metu adoramus, te ſemper extollentes, te laudantes, & te venerabiliter beatam pronuntiantes. Eſt enim reuerà Pater tuus beatus inter viros, & beata mater tua inter mulieres.

F E-

FERIA QVINTA.

SAlue venter Virginis Mariæ, in quo fuit nouem mensium tempore Saluator. 1.

Aue Maria.

Salue sacri ventris hospitiũ, cuius Dominus Iesus nouem mensibus inhabitator fuit. 2.

Aue Maria.

Salue vtere virginalis, quem ipsa magnitudo virtutis Dei non aduentitio, sed indigena puerperio fecundauit. 3.

Aue Maria.

Salue vtere intemeratæ Virginis, in quo throno sedet illa maiestas, quæ nutu concutit orbem. Aue Maria. 4.

5. Salue vtere virginalis, de quo Sponsus infans, tamquam de thalamo suo, illæsâ matris virginitate, processit.

Aue Maria.

6. Salue vtere, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt recōditi, in quo Verbum caro factum est, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

Aue Maria.

ORATIO.

7. SIt pietatis tuæ, ô Virgo benedicta, ipsam, quam apud Deum gratiam inuenisti, notā facere mundo; reis veniam, medelam ægris, pusillis corde

de robur, afflictis consolationem, periclitantibus adiutorium & liberationem, sanctis tuis precibus obtinendo. In hoc quoque peregrinationis tempore dulcissimum Mariæ nomen cum laude inuocantibus seruulis, per te, Regina clemens, gratiæ suæ munera largiatur Iesus Christus filius tuus, Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

FERIA SEXTA.

SAlue beatissimæ Virginis Mariæ vmbilice, crater tornatilis, nō deficiens mixto: 1.

in quo erat Sapientia, quæ miſcuit in cratere vinum ſuum; indeficientem cognitionis piç gratiam, diuinitatis ſuę plenitudine ſubminiſtrans.

Aue Maria.

2. Saluete virginea viſcera inuiolatæ Matris, per quæ magnitudo virtutis Dei membra infantis eduxit, quæ poſteà per clauſa oſtia, membra iuuenis introduxit.

Aue Maria.

3. Saluete viſcera Matris incorrupta, ex quibus Chriſtus Dominus, ſaluâ maternâ virginitate, proceſſit.

Aue Maria.

4. Saluete caſta viſcera felicis mu-

mulieris, in quibus, ſuperue-
niente igne Spiritus ſancti, co-
ctus eſt panis, cor hominis
confirmans.

Aue Maria.

Saluete materna viſcera, 5.
quæ Chriſtus natus & fecun-
da exhibuit, & incorrupta ſer-
uauit. Aue Maria.

Salue clauſtrum virginei 6.
pudoris, quod naſcendo ſer-
uauit Chriſtus; qui poſt re-
ſurrectionem, ianuis obſera-
tis, domum potuit corporeus
introire. Aue Maria.

ORATIO.

QVis honor exhiberi pote- 7.
rit, puritati Virginis Ma-

riæ ex æquo reſpondens, cuius amore captus Opifex, ex eâ ſuũ conſtruxit tabernaculum, in quo minimè recuſauit habitare, in quo paterna voluntas eſt impleta? Te itaque, ô Dei genitrix, noſtrę ſalutis habemus adiutorem; te noſtri auxilij habemus defenſorem. Te proponimus, cuius ore noſtra dicatur excuſatio. Te noſtræ fiduciæ circumferimus gloriationem. Te Chriſtianorum multitudo murum habemus firmiſſimum. Tu itaque, ô Dei genitrix, ne deſpicias preces eorum, qui ſemper petunt. Præbe manum laborantibus: opem fer eis, qui agi-
tantur

tantur tempeſtatibus. Seda bellorum fluctus. Da petitioni conuenientem (potes enim) euentum. Habes vt mater in Filium, quæ recuſari non poteſt, fiduciam. Habes vires inſuperabiles, robur inexpugnabile. Ne immenſam tuam potentiā ſuperet multitudo peccatorum. Ne abſurda facta retardent tuam, quæ verbis exprimi non poteſt, miſericordiam. Te omnibus ſuis operibus reddidit excelſiorem, qui ex te natus eſt: & per ea, quæ in te facit admirabiliter & prę- ter opinionem, ita eſſe confirmauit. Ea potes conſequi citra laborem. De ijs, abſque

vllo intercessore, compella Creatorem. Delectatur petitione: gaudet se rogari: non resistit, quo minùs impleantur. Tuam itaque gloriam existimat esse propriam: & tamquam Filius eâ exultans, quasi exoluens debitum, implet petitiones. Propitium ergo redde Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, vnam diuinitatem & regnum, ineffabilem potentiam & dominationem: quam decet gloria, honor, & adoratio nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

SABBATO.

SAluete beatę Virginis Mariæ manus & genua, quorum ope atq; adiumento, manus languentes, ac genua dissoluta robur contraxerunt. 1.

Aue Maria.

Saluete pedes, Dei lege, tamquã lucernâ, deducti, ac post eam irretorto cursu properantes, quoadusque amatum ad amantem pertraxerunt. 2.

Aue Maria.

Saluete purissimi & illibati ac prorsus immaculati sanctę Virginis sanguines, ex quibus Christus carnem, animâ 3.

ratio-

rationali ac intellectuali animatam, suscepit.

Aue Maria.

4. Salue virgineum hospitium, in quo Dominus noster habitauit, vt ostenderet, in casto corpore Deum portari debere. Aue Maria.

5. Salue corpus sanctum, in quo habitauerat Deus, ex quo corpore collecta est nobis aduentus in carne dispensatio.

Aue Maria.

6. Salue corpus incontaminatum, de quo incommutabile Dei Verbum habitũ sibi humanæ carnis assumpsit, quæ & nullum contagium de concupiscentiâ carnis traheret, & nihil

nihil eorum, quæ ad animæ corporiſque naturam pertinerent, non haberet.

Aue Maria.

ORATIO.

MEritò te beatam, Deipara Virgo, prædicant omnes generationes, vt eximium humani generis decus. 7.
Tu ſacerdotum gloria, Chriſtianorum ſpes, virginum feraciſſima planta. Per te enim virginitatis pulchritudo latiſſimè ſe diffudit. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Qui Dei genitricem te confitentur, benedicti; & qui inficiantur, ma-

maledicti. O Ioachim & Annæ filia ac Domina, peccatorum meorum ſarcinam diſcute, idque quod menti meæ tenebras offundit, ac terrenam craſſitiem diſſipa. Tentationes comprime, pieque ac ſanctè vitam meam guberna, atque ad cæleſté beatitudinem fac, te duce, perueniam. Pacem mundo, atque omnibus huius vrbis incolis, rectè de religione ſentientibus, abſolutam numeris omnibus lætitiam, ac ſempiternam ſalutem, per tuorum parentum ac totius Eccleſiæ complementi preces, concilia. Fiat, fiat. Aue gratiâ plena, Dominus tecum: bene-

benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui Iesus Christus, Dei Filius. Ipsi gloria, cum Patre ac Spiritu sancto, in infinita sæcula sæculorum. Amen.

DOMINICA.

SAlue corpus sanctum, tabernaculum sacrum atq; sacratissimum, & spectatu dignissimũ, quod est vitæ principium. Aue Maria. 1.

Salue sanctissimæ Virginis Mariæ anima, quã gladius, id est, vis doloris, in Filij sui, Domini nostri, passione pertransiuit; vt plus quàm martyrem 2.

non

non immeritò te, beata Virgo, prædicemus, in quâ nimirum corporeę sensum passionis excesserit compassionis effectus.

Aue Maria.

3. Salue anima, quam sagitta electa, amor Christi, nō modò confixit, sed etiam pertrāsiuit; vt nullam in pectore virginali particulam vacuam amore relinqueret, sed toto corde, totâ animâ, totâ virtute deligeret, vt esset gratiâ plena.

Aue Maria.

4. Salue anima, quæ fuit, sicut paradisus Dei, deliciosissima in benedictionibus donorum Spiritus sancti.

Aue Maria.

Salue

Salue anima benedicta, quã 5.
Spiritus sancti consolationes lætificabant.

Aue Maria.

Salue mulier veritate sexus, 6.
non detrimento integritatis; quæ diuino partu sic cœpisti esse mater, vt virgo sacratior permaneres.

Aue Maria.

ORATIO.

TE itaque, ô pura & im- 7
maculata, eademque benedicta Virgo, magni Filij tui vniuersorumque Dei mater inculpata, integra & sacrosanctissima, desperantium atque reorum spes, collauda-

 mus.

imus. Tibi, vt gratiâ plenissimæ, benedicimus, quæ Christum genuisti Deum & hominem, omnesque tibi procidimus, omnes te inuocamus, & auxilium tuum imploramus. Eripe nos, ô Virgo sancta atque intemerata, à quacumque necessitate ingruente, & à cunctis tentationibus diaboli. Nostra conciliatrix atque aduocata, in horâ mortis atq; iudicij esto: nosque à futuro inextinguibili igne & tenebris exterioribus libera: & Filij tui nos gloriâ dignare, ô virgo & mater dulcissima ac clementissima. Tu siquidem vnica,
apud

apud Deum Christianorum, spes nostra es securissima & sanctissima: cui gloria & honor, decus atque imperium, in sempiterna sæcula seculorum. Amen.



ORATIO AD BEATAM VIRGINEM MARIAM:

In quâ Orthodoxi Patres recensent quamplurima magna miráque beneficia, quæ à DEO OPT. MAX. *per eamdem beneficentißimam* VIRGINEM *in genus humanum sunt collata.*

1. EGINA omnis humanæ naturæ, quæ habes non comparabilẽ cum alijs appellationem; quæ, excepto solo Deo, es omnibus

